

C. II. DE TIBIIS VET. 225  
*citi ad Tibicinis modos saltantes haud indecoros motus, more Tusco, dabant. Imitari deinde eos juvenus, simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus, cœpere; Nec absoni à voce motus erant. Accepta itaque res sæpiusque usitando excitata, vernaculis artificibus, quia hister Tusco verbo Ludio vocabatur, qui non sicut ante, Fescennino versu similem incompositum temerè ac rudem alternis jaciebant, sed impletas modis satyras, descripto jam ad Tibicinem cantu motuque congruenti, peragebant. De rudi horum saltatione primis temporibus, ad Tibiæ cantum Ovidius lib. 1 Art. Amand. describens raptum virginum Sabinarum & spectaculum quod Romulus paraverat:*

*Nunc neque marmoreo pendebant vela teatro,  
Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.*

Et mox:

*Dumque rudem præbente modum tibicine Tusco*

K 5

Lu-